

quā uiros mer&ricum cultui copulari.
&cum effeminatis immolare hostias li
bidinis suae. Quod autem iungit popu
lus non intelleges. uapulauit, Pro quo.
lxx transtulerunt. &populus intellegens.
adherebit mer&rici. Hoc significat. quod
uapul& isrl captiuitate &diuersis affici
atur plagis. ut per dolorē. recipiat disci
plinam. De her&icis facilis intellegentia
est quod filiae eorum fornicentur. &spon
sae animae quas in errore genuerunt.
&suis dogmatibus disponsarunt. Istius
modi indigni sunt corruptione dī quō
omnes eorū cultus fornicatio est. &tur
pis turpibus commiscentur. &propt̄ea
uapulabunt. ut aliquando per plagas
intellegat. quē requirant dm̄. quando
uideris peccatorem. diuitiis affluere.
iactare se potentia. sanitate gaudere
delectari coniuge corona circumda
ri liberorum. &impleri illud quo scrib
tum est in labore hominum non sunt. &cū
hominibus non flagellabuntur. Dicito
in illo cōminationē. proph&ae ēē comple
tam. Non uisitabo super filios uestros
cum fuerint fornicatae &super sponsas
uestras cum adulterauerint.

Si fornicaris tu isrl non delinquat
saltim iuda. &nolite ingredi in gal
gala. &nec cscenderitis in b&haben. neq;
iurauerit is uiuit dn̄s. Quō sicut uacca la
sciuiens. declinauit isrl. Nunc pascit
eos dn̄s quasi agnum in latitudinem.
lxx. Tu autem isrl ne ignores. &iuda
nolite ingredi in galgala. &ne ascen
datis in domom. on̄. &ne iur&is uiuit dn̄s.
Quō sicut uacca asilo percussa. insani
uit isrl. Nunc pascit eos dn̄s sicut agnū
in spatioso. Pro domo. on̄. in quibusdam
exemplaribus &maxime in theodotionē
legitur domus iniquitatis. Quod aquila
&symmachus interpr&atisunt domum
ANWΦEAOYC. Id est inutile quae nihil pro
sit. &alio uerbo idolum nuncup&ur.
Est autem b&hel. &quae prius uocabatur
domus dī. Post quam uituli in ea positi
sunt. appellata est. b&haben. id est domus
inutilis &domus idoli. Quod nos in hebreo
legitur expressimus. Uid&ur aūt mihi.
id circo &populus israhel in solitudine
fecisse sibi caput uituli. quod colerent.
&hieroboam. filius nabath uitulos aureos
fabricatos. Ut quod in aegypto didice
rant. apim. et meie umin. Qui sub fi
gura boum coluntur ēē deos. Hoc in sua
supstitione seruarent. Dicamus sensū
capituli. si semel. o isrl errore deceptus
es. &te cum mer&ricibus miscuisti. Ita
ut quicumq; implerit manū uel suam.
uel regis auferendo &dando ei mune
ra. sacerdos fier& excelsorum saltim
tu iuda. qui possides hierusalem. &haber

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0045